

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Appendix III.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360

Sed de hac vera & orthodoxa de Christo doctrina inter Protestantes vera & unanimes est consensus, adeoque mera & inanis, & pro dolor ! immanis est logomachia de vocibus illis peregrinis Orthodoxorum, quas ut puellæ puppas suas, exornandas & servandas satagunt, quarumque conciliatio tantum operæ & negotii nobis faceffit. Sed optandum esset, ut ipsimet Orthodoxi omni cura in eorum dextram & fraternam explicationem & conciliationem incumbere, ut vel tandem una animorum sententia induceretur. Id quod per unum Dominum nostrum Jesum ab uno Deo Patre nostro etiam atque etiam rogamus!

APPENDIX III.

Communicata mihi quoque est DISSERTATIO eruditissima, a Clariss. Dn. M. Carl Gottlob Hoffmanno Schnebergensi, sub Summe Rever. Dn. Klausingii S.S. Theol. Doct. & P.P. celeberrimi Præsidis, contra eandem EXERCITATIONEM DE NESTORIAN. in Lipsiensi Academia 1725. Sed eodem in Reformatos Spiritu, defensa, ad præsens negotium quoque spectans.

Quæ ipsamet documento est, quanta, ut p. I. disserit, hominum, inprimis literatorum atque etiam sacris operantium, & in his

his præcipue Protestantium, non tamen so-
lorum, quos injuriose vocat, Calvinianorum,
sed maxime Lutheranorum quoque sit men-
tium caligo, utpote qui post concordie
Evangelicorum naufragium, scopulum, cui
adaacti sunt, tam mordicus defendunt, ut
non tantum injuriæ loco habeant, si quis
ipsum quoque aliquid humani passos arguat,
sed & Syncretismi hæreseos & proditi-
onis Ecclesiæ crimine omnes eos damnent, qui
vel latum unguem a cognito ipsorum disce-
dere & veritati paci-que studere audent; in
tanta vero ipsi superbæ stultitiæ orthodoxæ
sue sint perseverantia, ut, quod semel
dogmatizaverunt, & tot disputationibus,
tot fidei formulis juramenti sacramento con-
scientiis credendum dictatorie imperarunt,
qualecunque demum illud sit, fixum ratum-
que sit. Indignatur quidem Dissertatio p. 10.
ut superbam & incautam, Summe Rever.
Dn. D. Jablonski, vocem, qua questus fue-
rat, *per Hominum multorum HUMILIA IN-
GENIA non licere lites Protestantium atroces com-
ponere, ut pax salutaris illorum culpa miseris ec-
clesiis restituatur; quasi hæc tot Præcorum &
Neotericorum, literarum monumentis cla-
rissimorum utrinque Virorum famam, læde-
ret, & vel turpis arrogantia, vel noxiæ im-
prudentiæ, vel inaudita ignorantia, vel*

aliorum nefariorum criminum, insimularet, (p. 12.) cum tamen ipsi, ab ipsa Dissertatione p. 11. laudandas scopus, sed impeditus, & hinc iustissimus dolor, ut olim Paulo de consimili sapientum zelo cum ignorantia Ecclesiam Christi infestante, hanc quere- lam expressit. Quidni enim humilia sint Ingenia, etiam si alias eruditissima, qui Pa- trum suorum humanis inventis & vocabu- lis, a Synodorum & Librorum Symbolico- rum, humana tantum autoritate ipsis tra- ditis, ex orthodoxiae praposteræ amore, & intellectus patientis imbecillitate, partium studio serviunt, & juramentorum plus quam ferreis catenis, ut constricta manci- pia humi repunt, nec, ut ipsi gloriantur, ultra Brentium, Andreæ, Hunnium &c. sapere audent; quin imo Catenatorum mo- re omnes libertatis conscientiarum ac divi- næ veritatis pacisve studiosos hæretificina sua allatrant, & si ad hos perungere pos- sunt, seculari suo Consistoriorum brachio, suspensione, remotione, scriptorum ireni- corum confiscatione dilacerant? Sed quis non ex intimo cordis adfectu ægerrime fe- rat, tot Lutheranorum eruditissimos, atque etiam quos vocant, piissimos, non sane ex quadam animi malitia, sed plane e diaboli hostis & tentatoris Ecclesiæ astutia, ita esse obnubi-

obnubilatos, ut quamvis in Reformatorum
festucis & defectibus oculatissimi sint judi-
ces & Correctores, in suis tamen erratis &
injuriarum trabibus perspiciendis, quibus in
Fratres suos Philippistas, hodiernos Refor-
mados, duri ac graves adhuc dum sunt, pror-
sus coecutiant, ita ut nullis Reformatorum
monitis & precibus ad novorum suorum do-
gmatum Ecclesiam Evangelicorum pariter
turbantium, altiore indagine, & prout
GENEROSA INGENIA deceret, ingenu-
am liberamque correctionem, atque hinc ad
Reformatorum minimum fraternam Tole-
rantiam permoveri queant, qui tamen omni
lenitate ipsorum injurias tolerant, & mode-
ratissime, imo prudentissime (ne ipsos pari-
ter, uti Lutherani Reformatis fecerunt,
condemnatione sua ut hæreticos commu-
nis hostis papæ crudelitati objicerent,) ut
de Fratribus in Christo dilectissimis
sentiunt, quod in Fidei Summa & fun-
damento verissimus invicem sit consen-
sus, dissensum vero omnem esse Logomachi-
am de quibusdam novis vocibus, æquivocis,
utrinque non clare explicatis & perceptis?
eo enim omnis Reformatorum Nestorianæ
litis comparatio tendit! Summa Disserta-
tionis autem hoc §. 2. vult C. 1. §. 2. p. 4.

P 4

„Cau-

„Causam, cur Reformati a Luthera-
 „nis Nestorianismi soleant accusari,
 „esse *Idiomatum Communicationis negatio-*
 „nem: quia per famosam alloeosin de
 „concreto personæ, quæ simul Deus
 „& Homo est, divina tantum de Deo,
 „& humana de Homine sine commu-
 „nicatione prædicari velint, p. 43. qvo
 „ipso huc usque haud sine causa Ne-
 „storianæ hæreseos notam incurrere,
 „& honori Servatoris nostri ut Homi-
 „nis, & fiduciæ nostræ in ejus meri-
 „tum contrariari visi sint p. 48.

§. 3. Sed hæc eadem Spectra sunt,
 quæ in Protestantium nebulis Martinum &
 Menzerum quoque vexarunt. Ut enim
 una eademque opera paucis ad Menzeri
 oppositiones respondeam (uti Relat. Innoc.
 me ad eundem amandant: Herr Winckler
 möchte zusörderst, was Menzerus und andere
 der Unsrigen geantwortet haben, vornehmen;) ex
 hoc ipso, illud, quod sapissime dictum
 est, clare quoque patet, neutram partem
 ab altera recte intellectam esse. Ipse enim
 „ait, Disp. Tom. VI. 207. Similes se ef-
 „se pueris, qui ædiculas ex chartulis
 „a se factas magno impetu postea in-
 vadunt

vadunt & animose demoliuntur atque,
dejiciunt. Afferuerat Martinus causam
Ubiquitatis defendendæ esse corporalem
præsentiam corporis Christi in cœna. Men-
zerus vero contra ait, committi Elenchum
falsæ causæ, & id esse Reformatorum figmen-
tum. Nos enim, inquit, corporalem,
præsentiam seu juxta humanitatis ef-
fentiam ratione modi non asseri-
mus, quod apud creaturas & in cœ-
na sit. Sacramentalis enim præsen-
tia neque ab ubiquitate dependet, ne-
que per eam potest probari, quippe,
cujus tota mensura, est institutio sa-
cræ cœnæ. Adeo, ut ne quidem,
omnipræsentia Christi vere & recte,
ex scripturis definita, causa sit præsen-
tiæ sacramentalis, nimirum quia hæc,
unice dependet a libera voluntate in-
stituentis. p. 214. verba hæc sunt ce-
dro digna.,

§. 7. Hic diffiteri autem non pos-
sum, Martinum chartulas ædificasse, dum,
ut Menzerus p. 215. queritur, proprietatem
corporis Christi quanti, opposuit veritati
verborum cœnæ, negando, non posse fieri,
ut corpus Christi, quod (secundum esse

P 5

physi-

o 11

physicum) in cœlis est, in terris in cœna possit realiter sacramentaliter adesse, adeoque verba cœnæ aliter, ut sonant, intelligenda esse: Cum alia est præsentia sacramentalis, alia physica ratione creationis & conservationis, alia gratiosa, ratione credentium in Ecclesia, alia gloriosa & exaltationis, alia singularis hypostatica, neutra neutri opponenda, p. 210.

Concedo etiam Martinum, communicationem hypostaseos $\lambda\gamma\gamma$ ad carnem non recte negasse, itemque præsentiam gratiosam Christi Homini esse divinam proprietatem, sed mediam quendam potentiam: neque probare possum, quæ juxta famosam allocosin ab ipsa disputata esse dicuntur, p. 240. divina de sola divinitate, humana de sola humanitate, cum præsentia gratiosa ut apotelesma officii ad utramque naturam cum communicatione omnino pertineat.

§. 5. Interim tamen & ipsimet Lutherani hic ædículas oppugnandas exstruxerunt. Notissimum quippe est, B. Lutheri argumenta præsentiam corporalem propugnare (ex unione personali) qui Christus Homo & Deus sit, (ex communicatione idiomatum) & verus & omnipotens Deus (ex exaltatione) & sedeat ad dextram Dei. Ergo

Ergo id non figmentum est Reformatōrum.
 Sic iisdem argumentis & Menzerus omni-
 præsentiā corporis in cœna & apud crea-
 turas stabilitum ivit, vel *ex actu personali*
λόγος carni communicato, qvo *non mere hu-*
manum corpus, seu *ipsius Dei corpus* sit, qvōd
 subsistat in infinita omnipræsente *λόγος*
 hypostasi divina. p. 217. qvare etiamsi rati-
 one essentia humanæ non sit omnipræsens,
 ratione tamen hypostaseos suæ sit omnipræ-
 sens, & qvia per perichoresin unitum sit Dei-
 tati omnipræsenti; adeoque etiam vocem
θεοϊσικος acriter defendit: vel *ex communica-*
tione naturarum & idiomatum: cum enim
 concedatur Christo gratiosa præsentiā, actio
 & operatio apud creaturas, p. 209. opera-
 tionem autem divinam sine Deo & divina
 essentia præsente fieri non posse p. 221. uti-
 que etiam, cum Christus Homo dicatur ope-
 rari gratiose, humanitatem ab homine ope-
 rante non posse abesse, cum gratiosa opera-
 tio sit apotelesma seu actio utrique naturæ
 competens. p. 217. Et hinc dicta de Chri-
 sti omnipotentia non de sola Deitate, sed &
 de humanitate intelligenda esse, cum ex-
 presse concreti Filii Hominis fiat mentio, &
 officii ratio utramque naturam postulet. p. 218.
 § 6. Prout & Dissertatio Idiomatum
 communicationem ex divina *λόγος* hypostasi
 infinita

infinita communicata carni deducit, & p. 20. a vide Cyrilli vocem arripit, Mariam exinde Θεογον appellari, quod eandem genuisset carnem, quæ Dei λογος esset caro, & sic quæ hypostasim seu personaliter esset Deus: id quod p. 23. e dictis Rom. 9. Christus e Patribus est Deus; 1. Tim. 3. Deus in carne manifestatus; Luc. 1. Sanctum e Maria genitum, vocabitur Filius Dei &c. hoc invictissimo argumento colligi posse ait: „Si Christus est unus idemque Dei & „Hominis Filius, nulla ratione hic ita „divide potest, aut concipi Deus & „Homo, quin & Deus e Maria genitus vocetur, a quæ Christus conceptus „& natus est. Hujus autem mater est „Maria. Ergo & Dei, quia Christus „est Deus: Sed nutat Argumentum. „Sic enim & subsumere possem: Hujus autem Pater est Deus Pater: Ergo & Deus Pater est Pater Christi, seu ut Homo genitus est a Patre Deo, quia Christus est Homo.

Deinde probat Idiomatum communicationem e naturarum perichorese, quam pro hypostaseos actu habet, sic verum unionis personalis fundamentum æque tollens, &

& ejusmodi hypostaseos actum ponens, qui facile in Eutychis errorem degenerat, qui ex naturarum immeatione unam essentiam facit, seu carnem divinis proprietatibus in Deitatem mutatam. Atque hinc Reformatos Nestorianismi accusat, qui hoc modo communicationem idiomatum concedere non possunt.

§. 7. Sed Reformati cum Lutheranis re ipsa credunt hypostaticam naturarum unionem & communicationem, atque hinc fluentem proprietatum communicationem, & rejiciunt Nestorii opinionem, qui ut diversas naturas ita & diversas & diferentes hypostases, adeoque duas perfectas personas per nudam conjunctionem *πρὸς ὁμοῦ* perichoristicam unitas statuit, in quarum conjunctione Filius Hominis tantum moralem divinitatem, auctoritatem & relativum meriti valorem habeat: Itaque utrinque disputata mera sunt opinionum insufficientium & æquivocarum spectra a Lutheranis æque producta, uti Nestorium Orthodoxi in errorem præcipitarunt, statuentes æque hypostasin λόγῳ ut carni communicatam immutabiliter divinam & carnem divinis proprietatibus Deificantem; humanitatem autem hypostasi humana communicata privantes; quod tamen Nestorio absurdum recte videbatur,

batur, quia caro sola abstractive ab hypostasi communicata perfectus homo esse non possit (ait Dissert. p. 33.) quamvis in eo erravit, quod λόγος hypostasin incommunicabilem alteri humanæ naturæ putavit, ut non posset caro seu carnis hypostasis humana fieri; pari tamen cum Orthodoxis errore, qui itidem carnem hypostasi humana carere asserunt, & hinc carnem ab hypostasi divina tantum hypostatice sustentari, seu subsistere in ea ut Deum & sic ut Deum e Maria esse genitum, quamvis non naturaliter sed tamen personaliter.

§. 8. Sed omnes hæ Orthodoxorum Collectiones laborant Fallacia compositionis, qua unionem personalem & communicationem naturarum & proprietatum confundunt, cum tamen realiter ab invicem sint distinctæ, uti supra ostendimus. In hac enim subjecti loco stat concretum naturæ, prædicati loco autem abstractum naturæ diversæ cum omnibus suis proprietatibus quod ei communicatur per *αὐτὸς* alternativam, ita ut Deus patiatur carne, Homo autem Christus omnipræsens sit, non quidem secundum suam humanitatis essentiam, juxta quam in cælo tanquam in uno loco est, sed ratione hypostaticæ unionis per communicatam divinitatem, hujusque omnipræsentem

sentem operationem: etiamsi autem humanitas secundum essentiae finitæ naturam tantum in cælo est, personalem tamen & corporalem cum Deitate, ubique præsentem & potenter operantem habet connexionem, ita ut ab hoc divino opere separari non possit, juxta Menz. cit. p. 216.

§. 9. Ut autem confusionem hanc prorsus expediamus, non abs re fuerit, si in brevi summa totam causam hic repetamus. Versatur hæc præcipue circa vocabulum *persona*, quod Latinum æquivocum est, & utramque græcam vocem *πρόσωπον* & *πρόσωπον* significat, quæ voces tamen probe discernendæ sunt, ita ut *πρόσωπον*, tanquam totum suppositum sub se comprehendat *πρόσωπον* & *φύσιν* sive *ὑπόστασιν*, tanquam partes essentielles *πρόσωπον*. Unusquisque enim Homo, uti suam unam numero propriam ab alio homine numero differentem habet *φύσιν*, ita & *πρόσωπον*, & sic unusquisque Homo constituit *πρόσωπον* seu personam perfectam. Aliter autem se habent Trinitatis & Incarnationis christianæ Religionis tremenda mysteria, quæ sunt supra exemplum, supra omnem mentem & rationis comprehensionem. Nam

Nam in *Trinitate* quidem sunt tres numero realiter inter se distinctæ hypostases, sed quæ tamen unam tantum numero, ne cogitatione quidem ad unam tantum hypostasim restringibilem, sed omnibus tribus & singulis simul ex æquo communem & cuique propriam essentiam divinam habent, hinc hæ tres realiter inter se distinctæ personalitates non tria ab invicem diversa πρόσωπα seu tres personas diversas perfectas, sed omnes tres simul unum essentiam divinam in unum numero perfectum divinum πρόσωπον seu essentialiter & physice existentem Deum unum & Numen constituunt; quæ hypostases in una essentia divina aliæ atque aliæ quidem sunt personæ, alius Deus Pater, alius Deus Filius, alius Deus Spiritus S. Sed, quoad essentiam unam τὸ ἐν πρόσωπον unum idemque Numen, unus Deus sunt. Et hinc est, quod Homo Jesus noster non putativus, adoptivus, sed verus & physicus Deus est, quia juxta rationem unionis personalis quoad hypostasim simul cum Deo Patre & Spiritu S. φύσις divinam terminat in Deum.

Pari modo in Christo equidem duæ numero sunt in æternum per se distinctæ φύσις cum suis proprietatibus, sed quia non habent

habeat duas numero per se differentes di-
 versas hypostascs, sed una eademque nume-
 ro λόγος hypostasis, physica, quæ Deitati
 per se & originaliter est naturalis & propria
 & simul humanitati assumptæ per unionem &
 communicationem fit propria & quoque es-
 sentialis, hinc quidem hæc una numero hy-
 postasis λόγος per naturas duas dividitur in
 duas, & constituit duas hypostascs (ut Cy-
 rillus etiam loquitur,) seu ut nos loquimur,
duo concreta nature seu hypostascs natura,
 tas, Deum & Hominem; ast quia per se est
 & manet una numero hypostasis, sive ea sit
 in divinitate essentiali Deus, sive in huma-
 nitate æque essentiali Homo, hinc hæc una
 numero λόγος hypostasis duabus naturis phy-
 sice unita, unum tantum constituit πρόσωπον
 seu personam perfectam; unum Christum
 Θεάνθρωπον, Mediatorem unum inter Deum
 & hominem, utrique essentialem Amicum;
 seu *unum concretum personæ*, quod simul phy-
 sice, verè, realiter, naturaliter Deus est in
 Deitate, & homo in humanitate, utrinque
 naturali, per unionem illam hypostaticam
 qua hypostasis λόγος in incarnatione non di-
 vinitati demum, sed humanitati tantum hy-
 postatice unita & communicata est, ut hinc
 Maria Θεοτόκος non possit dici,

Q

§. 10.

§. 10. *Consequens* hujus unionis hypostaseos cum naturis essentialis est mutua etiam naturarum *perichoresis* & corporalis communio, qvalis est inter corpus & animam hominis, quæ ad unam hominis personam constituendam intime uniuntur & inseparabiliter coeunt in unam hujus personæ indivisam essentiali, etiamsi maneant cujusque naturæ essentialis partes & proprietates per se & inter se distinctæ: ita duæ Christi naturæ per hypostasim unam ad unitatem personæ constituendam, in unam hujus personæ essentiali vere & essentialiter seu, ut scriptura loquitur, *corporaliter* coeunt, etiamsi per se, & inter se in naturis suis & harum proprietatibus maneant distinctæ & inconfusæ. In utroque hoc formali errabat Nestorius, quia comprehendere non poterat, quod λόγος hypostasis communicabilis esset carni; idque culpa Orthodoxorum, qui ipsimet asserabant, ipsam in incarnatione non posse fieri ex unionem humanitatis humanam, sed permanere divinam, & potius hypostasim divinam actu hoc personali carnem proprietatibus deificare. Cum autem ipse probe perspiceret, carnem in abstracto absque humana hypostasi non posse esse aut dici verum hominem integrum, non poterat non duas in Christo

Christo uti naturas sic hypostases differentes
diversas adhuc personas perfectas, statuere,
quæ tamen non nude moraliter, *ἡθελον*
morale, sed quoque per intimam
personarum copulationem, inhabitationem
προσωπικῶν unum suppositum unitum seu
concretum personæ constituerent seu unum
Christum in una connexione Filii; sed pari
fere cum Orthodoxis errore, qui naturarum
ipsarum *ἐνωσιν* & *συνύστασιν*, concursum &
perichoresin unionis personalis actum seu
hypostasin putabant, unde hæ duæ naturæ
unum *ἡθελον* seu unum Christum con-
stituerent, unde & *ἡθελον* (quavis fal-
so) nominabant.

§. II. *Effectus* autem unionis & com-
municationis Hypostaseos cum naturis, hu-
jusque Finis est *Communicatio Naturarum* &
Proprietatum, non ut Orthodoxi opinan-
tur, naturarum inter se & a se ab una ad
alteram in abstracto per perichoresin facta,
ut caro ex hac immissione fiat Deus omni-
præfens, sed per *ἐνίστασιν* & communica-
tionem alternativam hypostaseos cum natu-
ris, ut (juxta Dissert. 37.) vi & virtute uni-
onis hypostaticæ, divina natura sit Ho-
minis, & humana sit Filii Dei natu-
ra, seu ut *Concretum Natura* divinæ

Q²

per

per unionis personalis possibilitatem acceptam & communicationis gratiam *abstracto* naturæ humanæ non nude instrumentaliter sed corporaliter uteretur, ut hinc Deus vere & proprie nasceretur, moreretur, resurgeret, ascenderet, sederet ad dextram Patris *in carne*, quia caro hypostasi λόγος æque essentialiter facta est propria, uti ei est divinitas: Sic vice versa Hypostasi λόγος carni physice & essentialiter propriæ factæ, seu concreto naturæ humanæ, Filio hominis, communicatur divinitas cum omnibus suis proprietatibus & axiomatibus, ut per eam corporaliter possit agere divinitate omnipresente & omnipotente in officio.

§. 12. Quare etsi quidam Reformatorum veterum in incommodam alloeosin ruere visi sunt, tanta tamen nunc est ipsorum ingenii bonitas, tantaque animi moderatio, ut, si hoc modo Lutherani animum expleare possint, libentissime velint non solum concretum personæ, quæ simul juxta unionis personalis rationem & Deus & Homo est, & ut Deus divina axiomata in divinitate, & ut homo humana officia in carne peragit, sed & juxta communicationis alternativæ modum subjecti loco constituere *Concretum naturæ*, cui altera natura cum omnibus suis proprietatibus & dignitatibus
non

non nude relative & moraliter sed realiter
& corporaliter ad proprium usum commu-
nicata est, ut ut Deus mortuus sit in carne,
& ut homo omnipræfens sit, & omnipoten-
tem infinitum valorem merito mortis suæ
acceperit in Divinitatis æterno Spiritu, Ebr.
9. 14. ut homo sacerdos sacrificium corpo-
ris sui Deo obtulerit per virtutem infinitæ
vitæ divinæ, Ebr. 7. 14. ut Filius Dei passus
in ara crucis, Ebr. 5. 8. Sacrificium autem
corporis sui Deo Patri obtulerit in ara Spi-
ritus divinitatis Ebr. 13. 10. Sanctissimæ. c.
6. 19. c. 9. 12. adeoque in arctissima natura-
rum unione & communione per unam cor-
poris temporalem oblationem in æternum
valiturum sacrificium perficiens. Ebr. 9. 12.
ut credentibus ubique & semper condolere
possit ut Deus in carne, & ut homo opitu-
lari per Deitatem. Ebr. 7. 23. dummodo Lu-
therani pari generositate, ut **EXCELSA**
INGENIA ingenua pœnitentia fatean-
tur: Decepti sumus, dum carnem in abstra-
cto Subiectum communicationis idiomatum
putavimus, quasi ex intima illa Deitatis in
carnem immentione ipsa fieret omnipræ-
fens! ac ut pax nostra quoque culpa mise-
ris Ecclesiis Evangelicis restituatur, amice
& fraterne in posterum cum Reformatis
concretum naturæ, ut subiectum communi-
catio-